

πάλιν pro πόλει. Sed magis apposite citari potest eadem fabula A
 1112. ubi sic Ald. οὐς χεῖν ἐπειδὴν μηδὲν ὠφέλου πόλιν, Θανόντας ἔρρειν
 κάκιστων εἶναι νέους. Verum in MSS. notatur var. lect. πάλιν. Plu-
 tarchus autem Consolat. ad Apollon. p. 110. C. = p. 191.
 ed. H. Steph. habet ἐπειδὴν μηδὲν ὠφέλωσι γῆν. E quibus erui potest
 ἐπεὶ γῆν μηδὲν ὠφέλου πλέον. Quod ad πάλιν pro πλέον, ejusdem generis
 peccatum exstabat olim in Hesychio, sed docta manu jam-
 dudum emendatur. Vulgata tamen retinet et corruptam et
 emendatam lectionem, sic Πάλιν* εἰς τοῦπίσω. Ἀρίσταρχος τὸ πλέον
 πάλιν τόπικῶς, κ. τ. λ. Dele igitur πλέον. Neque longe distat va-
 rietas quam agnoscit Rob. cum duobus MSS. apud Burtonum B
 et totidem apud Schutziū in S. Th. 805. πλέον pro πόλει. Verum
 in Rob. legitur τί δ' ἐστὶ πρᾶγος νεόκοτον πόλει καὶ πλέον. Hæc nemo
 expedit. Librarius indicare vult variam esse lectionem.
 Scribit igitur γὰρ πλέον quod alii (omisso πάρον) corrumpunt in
 καὶ πλέον: vid. nos Append. p. 139. C. Hanc nostram crisin
 confirmat MS. Viteb. ubi, teste Zeunio, manu recentiori supra est
 varians lectio, prava licet, παρών. In his dum moramur notabo
 pro νεόκοτον me velle legere νεότοκον; quam vocem optime servat
 Rob. in Pers. 255. In altero loco Mosq. 2. νεόκητον, cum gl.
 νεωστὶ κατασκευασμένον. Voluit librarius νεόκητον. Vid. Hesych. C
 Verum ad Euripidem redeo. Nihil ibi habet γῆν vel πόλιν.
 Malim igitur — ἐπεὶ οὐδὲν μηδὲν ὠφέλου πλέον. Eandem crasin
 adhibet Sophocles (emendatus ab Hermanno Hec. 379) Philoct.
 446. Ἐμελλ' ἐπεὶ οὐδὲν πω κακόν γ' ἀπώλετο, et phrasin eandem Œd. T.
 37. Amphidi quoque restituendam apud Athenæum, II. p. 69. B.
 ubi vulgo legitur Ταῖς θριδακίαις ταῖς κάκιστ' ἀπολουμέναις* Ἄς εἰ φάγοι
 τις ἐντὸς ἐξήκοντ' ἐτῶν, Ὅποτε γυναικὸς λαμβάνοι κοινωνίαν, στρέφοιθ' ὅλην τὴν νύκτα
 μηδὲν τι πλέον, Ὡν βούλεται, δρῶν, ἀντὶ τῆς ὑπουργίας τῆς χειρὶ τρίβων τὴν
 ἀναγκαίαν τύχην. In ψ. 4. lege νύκτ' ἂν οὐδὲν τοι. Lingua requirit
 ἂν. Idem Coray monuit, et legit ὅλην ἂν νυκτὰ μ. Paulo melius D
 Boissonadus, στρέφοιθ' ἂν ὅλην, κ. τ. λ. Verum neuter vidit τι pro-
 ductam ante πλ contra Dawesianum canonem repugnare. Præ-
 terea in hac formula μηδὲν raro adhibetur. ψ. 5. Ineptum est
 ΥΠΟΥΡΓΙΑΣ* leg. Δ ΑΠΡΑΓΙΑΣ. In re Venerea πρᾶττω et composita
 frequentantur. Cognatam vocem δυσπραγία, sensu licet alio,
 agnoscit Hesychius Δυσπραγία Ὅταν ἐξάγῃ κακῶς τις τὸν ἑαυτοῦ βίον.
 Vides lector versum Iambicum cum fine præcedentis; ὅτε tantum
 in ὅταν mutato. Lexicon idem habet ἀπραγία in sensu nequam
 V. Κακιστοῦν (i. e. κακῶς ἐστάναι): quæ vox ex Comœdia desumpta